



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Referendarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

si contra, ver: causam; de off: deleg:
lib: 6.

REFERENDARII.

Referendarii, an sint exempti à jurisdictione Episcopi? Respondeatur ex Staphil. fol: 218, n. 15, de prærogat. expedit. ubi dicit, quod sic, & eos non possit excommunicari, vel interdicari ab Episcopo, quia sunt officiales Sedis Apostolicæ & Papæ, tamen Sacr. Con. Trid. sess: 24, ca: 11, de reform: non excipiunt comites Palatinos, nec Protonotarios, & alios, qui etiam sunt officiales Papæ; pro Staphileo potest dici primò, quod procedit de jure antiquo: secundò, quod cum referendarii sint in duplice differentia, quidam gratiæ, quidam justitiæ, qui sunt undecim, & undecim, prout Gom: designat: grat: & iustit: fol: 493. & isti qui sunt de numero, sunt exempti, alii vero (quia hodie sunt quasi innumerabiles) non; sicut etiam dictum est de Protonotariis, in ver: exemptio: tertio, quod ratione beneficiorum, quæ habent in partibus, subsunt locorum ordinariis.

REFORMATIO REGULARIUM.

Primò, queritur utrum Episcopus, sive visitatores Apostolici, possunt reformare ad arctiorem vitam Religiosos, jam ante professos, contra eorum voluntatem?

Respondetur, quod sic, cum distinctione: nam si reformatio accedit vitæ

regulæ, non mutata regula potest, si vero reformatio fit cum mutatione regulæ, tunc non verbis gratia, si reformatio fiat conventionalibus, ut servent regulam illorum, qui sunt de observatione, vel Capuccinorum, non possunt cogi, quia possunt dicere, Volumus observare regulam in eo statu, quo erat, quando eam professi sumus (intellige in essentialibus) si vero, ut remaneat eorum regula, sc. conventionalis, tamen visitatio, seu reformatio præcipit, ut vivant communiter, vel ut arctiori clausura, vel quod non possideant, vel quod hujusmodi, tunc possunt cogi, Navar. in cap: statutus, n. 5, 19, q: 3. & sic visitatio visitatorum Apostolicorum fuit exequutioni mandata Neapoli, circa annum 1593, in monialibus post multas hinc inde acclamations, suspensiones, appellations, & interdicta, quia tendebat ad arctiorem observationem non mutata regula, & ita etiam tenet Abb: c. ad nostrum, de appell. n. 2. & ibi Fel. & Nav. de reg. com: 1. ver: 27, n. 18, ver: 24. & clarissime in cons: 43. de reg: facit quod notat Jason in l. pentens, num. 1. 2. & 3. de pat: ubi dicit, reformatio idem est, quod renuntiatio, remanente tamen substantia ejusdem contractus, & exemplificat, prout ibi.

Secundo, Prælatus vero non potest præcipere unum monacho, vel moniali, ut reformatetur, nisi reformatur alii, quia non potest reformatre unum, vel alterum, cum non reformatur ceteri, si vero reformato præcipit opportune, ut omnes reformatur, si ut reducantur ad vitam regularem, hoc est, ad sua es-

R 3 fentia.